

1611, dum ecclesia Romæ in honorem S. Caroli ædificaretur, et ab eodem Paulo et Gregorio XV dicentibus: *Sia lodato il Smo Sagramento, Laus Sanctissimo Sacramento*, ab Urbano VIII in honorem ejusdem sacramenti precibus cardinalis Magalotti et sacerdotibus celebrata missa dicentibus: *Ave, filia Dei Patris, Ave, Mater Dei Filii*, etc., a Clemente X recitantibus mane, meridie, ac vespere consuetam antiphonam, *Angelus Domini* etc., et in fine *Deo Gratias et Mariæ*: Ac demum aliæ a nonnullis Romanis pontificibus tributæ, ut aiunt, coronis mysteriorum passionis Domini nostri Jesu Christi prece magis ducis Etruriæ.

Talis est indulgentia sodalitatibus S. Nicolai qua, repetita quinquies oratione Dominica et salutatione angelica, unam liberari animam quolibet die a Purgatorii penis affirmant. Tales aliæ Perusii confraternitatis SS. Sebastiani, et Rochi, et Romæ Societatis S. Bernardi ad columnam Trajani; Tales demum aliæ cruce signatorum S. Eustorgii Mediolani, Arimini, et Bononiæ.

Ejus generis sunt et illæ concessæ, ut aiunt, capellæ Rosarii in ecclesia S. Antonii de Rovigo, seu Rhodigii, vel ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni, die festo Inventionis Sanctissimæ crucis, vel gestantibus funiculum S. Francisci de Paula, vel celebrantibus missas S. Augustini, aut alias quinque in honorem quinque festivitatum B. V., vel recitantibus officium S. Franciscæ Romanæ, aut antiphonam *O passio magna* etc., in memoriam passionis Jesu, aut rosarium S. Annæ (quod congregatio sacrorum Rituum non probat) aut orationem quæ impressa cum imagine S. Annæ circumferri solet *Ave, gratia plena*, etc. (quæ oratio prohibetur) aut officium Conceptionis B. Virginis immaculatæ quod asserunt, a Paulo V, probatum fuisse, aut orationem: *Deus, qui nobis in sancta sindone*, etc. (excipitur indulgentia 160 dierum anno 1671 concessa precibus ducis Sabaudie ad annos 25 cunctis in illius ditione degentibus) aut aliam, *Ave, filia Dei* etc. post communionem recitandam, vel alio conspicuo signo venerantibus sanctissimi Eucharistiæ sacramenti nomen; indulgentia rursus octoginta millium annorum veteri de tabula exscripta, quam in basilica Lateranensi asservari affirmant pro dicentibus orationem illam vere piam, *Deus, qui pro redemptione mundi* etc. Tum quæ impressæ fuerunt Papiæ anno 1670 sub hoc titulo, «Sommario delle indulgenze concesse dalla Santità di nostro signore Papa Leone X, all' imagine della gloriosa Vergine Maria, vel Pisauri sub nomine B. Joannæ anno 1618 evulgatæ, vel Barlettæ, seu Baruli a recentibus quosdam non sane malas orationes, lucrandæ, vel Parmæ visitantibus per Quadragesimæ dies ecclesias Tertii Ordinis S. Francisci, vel Pistorii, et Vastallæ a recitantibus orationem, *Ave, sanctissima Maria, Mater Dei, Regina cæli*, etc., et aliæ in peculiari impresso libro descriptæ, quibus

frui dicunt devotos seraphicos et benefactores.

His annuerandæ sunt quæ crucibus Caravacensibus tributæ dicuntur, vel coronæ sive stellario Conceptionis Virginis immaculatæ quod ex duodecim globulis precariis constat, vel granis, crucibus, et coronis Aloysiæ ab Ascensione Hispanæ monialis ordinis S. Claræ, vel mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini nostri, vel imagini, ut mensuræ, vulneris lateri ejus inflicti, vel orationi, ut aiunt, in sepulcro Domini nostri repertæ, et indulgentiæ, ut aiunt, innoxie revelationi factæ S. Birgittæ, Mechtildi, et Elisabeth, vel beatæ Joannæ de Cruce, et concessæ, ut asserunt, granis quæ aliquot ex tribus granis tetigerint, extantibus penes Romanum pontificem, Hispaniarum regem, et ministrum generalem Fratrum Min. observ. S. Francisci.

Omnes vero et singulas jam dictas indulgentias sacra Congregatio partim esse confictas, et plane falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas quæ nemini suffragari possunt, easque in futurum ullo in loco ut veras publicari, et lucrandas Christi fidelibus proponi vetat, foliaque et libros, ubi sic proponuntur seu afferuntur, omnino præcipit aboleri nisi prædictæ indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ; nec ideo tamen vult alias, quas hoc decretum non continet, pro veris, et legitimis taciteque probatis haberi.

Ac demum omnes indulgentias concessas ante decretum Clementis VIII latum die 9 Januarii 1587, coronis, rosariis, granis, seu calculis, crucibus et imaginibus sacris, vel ante Breve Pauli V quod incipit: *Romanus pontifex*, etc. editum 23 Maii anno 1606, personis regularibus quarumcunque religionum, et ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115 Clementis VIII, cujus initium *Quæcumque*, etc. et 68 Pauli V incipientem, *Quæ salubriter*, etc. habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab archiconfraternitate ulla, ordine, congregatione, societate, etiam Jesu, capitulo, vel cætu quocunque, vel ab eorum officialibus, superioribus aliisque personis, vel persona, etiamsi earum, vel ejus mentio specialis, et individua faciendæ esset, nisi fuerint deinde Romani pontificis auctoritate innovatæ, aut confirmatæ nullius esse roboris, et momenti pariter declarat.

Porro summaria indulgentiarum pro congregationibus Doctrinæ Christianæ, confraternitatibus SS. Trinitatis et Redemptionis Captivorum Nominis Dei, Rosarii, B. Mariæ de Mercede, et redemptionis Captivorum, B. Mariæ de Monte Carmelo, cincturæ Sancti Augustini, et S. Monicæ, nisi ab eadem congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentias vero stationum Urbis, quæ a Romanis pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicatæ sunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, ordinibus, aut personis, diebus tantum stationum in missali Romano descriptis suffragari posse declarat: semel autem duntaxat in die plenariam indulgentiam in certos dies eccle-

siam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucriferi.

De quibus relatione facta per secretarium ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, et inviolate servari jussit. Datum Romæ die 7 Martii 1678.

(16. In quo decreto, ut vides, circa finem, § *Indulgentias vero stationum Urbis*, cum Innocentius XI, varia disposuerit quoad acquisitionem indulgentiarum stationum Urbis, et Paulus V in cit. const. incip. *Romanus Pontifex* § 11, concesserit quod eas lucrari possint regulares qui suam respective ecclesiam devote visitaverint, et ibi, ut præfertur, oraverint, hic juvat adducere, et assignare dies ipsos stationum in missali Romano descriptos, et indulgentias, quæ in iisdem acquiri possunt, prout reperiuntur in libro regulæ Tertii Ordinis S. P. N. Francisci Romæ edito a R. P. Angelo Auda a Lantusa ordinis nostri Seraphici, et approbato a reverendissimo P. Hyacintho Libello ordinis Prædicatorum sacri palatii apostolici Magistro anno 1663, 11 Martii; qui liber postea fuit etiam Mediolani, Viennæ in Austria, et novissime anno 1697, Frisingæ denuo approbatus, et eas ex ipso ordine ut sequitur refert Kazenberger, loc. cit. n. 81.

IN JANUARIO.

(17. In Circumcisione Domini. Statio ad Sanctam Mariam Trans-Tiberim, et indulgentia plenaria, et 25,000 annorum.

In Epiphania Domini. Statio ad S. Petrum indulgentia plenaria, et 18,000 annorum, et totidem Quadragenarum.

IN FEBRUARIO.

Dominica Septuagesimæ. Statio ad S. Laurentium extra muros et indulgentia plenaria.

Dominica Sexagesimæ. Statio ad S. Paulum, et indulgentia plenaria, et 10,000 annorum, et totidem Quadrag.

Dominica Quinquagesimæ. Statio ad S. Petrum, et indulgentia plenaria, et 28,000 annorum cum totidem Quadragenis, et remissione tertiæ partis peccatorum.

IN QUADRAGESIMA.

Feria 4 Cinerum. Statio ad S. Sabinam, et indulgentia plenaria cum 3,000 annis, et totidem Quadragenis.

Feria 5 post Cineres. Statio ad S. Gregorium, et indulgentia 10,000 annorum.

Feria 6. Statio ad SS. Joannem et Paulum, et indulgentia 10,000 annorum.

Sabbato post Cineres. Statio ad S. Tryphonem, et indulgentia 10,000 annorum, et plenaria.

Dominica 1 Quadragesimæ. Statio ad S. Joannem in Laterano, et indulgentia plenaria cum 18,000 annis, et liberatione animæ e purgatorio.

Feria 2. Statio ad S. Petrum ad Vincula, et 10,000 an. indulgentiarum, uti etiam indulgentia plenaria.

Feria 3. Statio ad S. Anastasium, et indulgentia 28,000 annorum cum totidem

Quadragenis, et liberatio animæ e purgatorio.

Feria 4. Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia 28,000 annorum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

Feria 5. Statio ad S. Laurentium in Pancerna et indulgentia 1,000 ann. uti etiam plenaria.

Feria 6. Statio ad SS. duodecim Apostolos, et indulgentia 12,000 ann. uti etiam plenaria.

Sabbato. Statio ad S. Petrum, et indulgentia 18,000 ann. et totidem Quadragenarum, uti et plenaria.

Dominica 2 Quadragesimæ. Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia 18,000 ann. et totidem Quadragenarum.

Feria 2. Statio ad S. Clementem, et indulgentia plenaria.

Feria 3. Statio ad S. Balbinam, et 10,000 ann. indulgentiarum.

Feria 4. Statio ad S. Cæciliam, et indulgentia 10,000 annorum.

Feria 5. Statio ad S. Mariam Trans-Tiberim, et indulgentia 25,000 annorum.

Feria 6. Statio ad S. Vitalem, et indulgentia 10,000 annorum.

Sabbato. Statio ap SS. Marcellinum et Petrum, et indulgentia plenaria, item 10,000 annor. et liberatio animæ e purgatorio.

Dominica 3 Quadragesimæ. Statio ad S. Laurentium extra Muros, et indulgentia 19,000 annor., et 43 Quadragenarum, et liberatio animæ e purgatorio.

Feria 2. Statio ad S. Marcum, et indulgentia plenaria, ac 10,000 annorum.

Feria 3. Statio ad S. Pudenciam, et indulgentia plenaria et 10,000 annor.

Feria 4. Statio ad S. Xistum, et indulgentia plenaria et 1,000 annor.

Feria 5. Statio ad SS. Cosmam et Damianum, et indulgentia 10,000 annor.

Feria 6. Statio ad S. Laurentium in Lucina, et indulgentia 10,000 annorum.

Sabbato. Statio ad S. Suzannam, et indulgentia 10,000 annor.

Dominica 4 Quadragesimæ. Statio ad S. Crucem in Jerusalem, et indulgentia plenaria et liberatio animæ e purgatorio.

Feria 2. Statio ad SS. Quatuor Coronatos, et indulgentia 10,000 annor.

Feria 3. Statio ad S. Laurentium in Damaso et indulgentia 10,000 annor. et remissio tertiæ partis peccatorum.

Feria 4. Statio ad S. Paulum, et indulgentia plenaria ac 10,000 annor.

Feria 5. Statio ad SS. Silvestrum et Martinum, et indulgentia 10,000 annor.

Feria 6. Statio ad S. Eusebium, et indulgentia 10,000 annor.

Sabbato. Statio ad S. Nicolaum in Carcere et indulgentia plenaria.

Dominica Passionis. Statio ad S. Petrum, et indulgentia 18,000 ann. et totidem Quadragenarum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

Feria 2. Statio ad S. Chrysogonum, et indulgentia 10,000 annor.



*Feria 3.* Statio ad S. Cyriacum, et indulgentia 10,000 annor.

*Feria 4.* Statio ad S. Marcellum, et indulgentia 10,000 annor.

*Feria 5.* Statio ad S. Apollinarem, et indulgentia 10,000 annor.

*Feria 6.* Statio ad S. Stephanum in Caelio Monte, et liberatio animæ e purgatorio.

*Sabbato.* Statio ad S. Joannem ante Portam Latinam, et indulgentia 13,000 annor. et liberatio animæ e purgatorio.

*Dominica Palmarum.* Statio ad S. Joannem, in Laterano, et indulgentia plenaria cum 25,000 annis et totidem Quadragenis, ac liberatio animæ e purgatorio.

*Feria 2.* Statio ad S. Praxedem, et indulgentia plenaria, et 15,000 annor.

*Feria 3.* Statio ad S. Priscam, et indulgentia plenaria, et 18,000 annor.

*Feria 4.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria et 28,000 annor.

*In Cæna Domini.* Statio ad S. Joannem in Laterano, et indulgentia plenaria 11,000 ann., 38 Quadragenarum, et liberatio animæ e purgatorio.

*In Parasceve.* Statio ad S. Crucem in Jerusalem, et indulgentia plenaria.

*Sabbato sancto.* Statio ad S. Joannem in Laterano, et indulgentia plenaria, item 11,000 annor., 45 Quadragenarum, et liberatio animæ e purgatorio.

*Dominica Resurrectionis.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria, et 28,000 ann. et totidem Quadragenarum.

*Feria 2.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia plenaria, et 28,000 annor.

*Feria 3.* Statio ad S. Paulum, et indulgentia plenaria, item 20,000 annor. et 28 Quadragenarum.

*Feria 4.* Statio ad S. Laurentium extra muros, et indulgentia 28,000 annorum, totidem Quadragenarum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

*Feria 5.* Statio ad SS. duodecim Apostolos, et indulgentia plenaria, et 25,000 annor.

*Feria 6.* Statio ad S. Mariam ad Martyres, et indulgentia 15,000 annor.

*Sabbato in Albis.* Statio ad S. Joannem in Laterano, et indulgentia plenaria, item 15,000 ann., et liberatio animæ e purgatorio.

*Dominica in Albis.* Statio ad S. Pancratium, et indulgentia plenaria, et 15,000 annor.

## IN APRILI.

*Die 15, in festo S. Marci evangelistæ.* Statio ad S. Petrum et indulgentia plenaria, item 15,000 ann. et totidem Quadragenarum.

## IN MAIO.

*Feria 2 Rogationum.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia 6,048 annorum et totidem Quadragenarum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

*Feria 3 Rogationum.* Statio ad S. Joannem in Laterano, et indulgentia plenaria.

*Feria 4 Rogationum.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia plenaria.

*In Ascensione Domini.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia plenaria, et 28,000 ann.

## IN JUNIO.

*Sabbato in Vigilia Pentecostes.* Statio ad S. Joannem in Laterano, et indulgentia plenaria, et liberatio animæ e purgatorio.

*Dominica Pentecostes.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia plenaria.

*Feria 2.* Statio ad S. Petrum ad Vincula, et indulgentia plenaria.

*Feria 3.* Statio ad S. Anastasiam, et indulgentia 18,000 annorum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

*Feria 4.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia 6,000 annorum, et totidem Quadragenarum.

*Feria 5.* Statio ad S. Laurentium extra Muros, et indulgentia 28,000 annorum, et remissio tertiæ partis peccatorum et liberatio animæ e purgatorio.

*Feria 6.* Statio ad SS. duodecim Apostolos, et indulgentia multorum annorum.

*Sabbato ante festum SS. Trinitatis.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia 6,040 annorum, totidem Quadragenarum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

## IN SEPTEMBRI.

*Feria 4 Quatuor Temporum Septembris.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria, item 2,400 annorum, et totidem Quadragenarum.

*Feria 6. Quatuor Temporum Septembris.* Statio ad SS. duodecim Apostolos, et indulgentia plenaria, et 28,000 annorum.

*Sabbato Quatuor Temporum Septembris.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia 28,000 annor., et remissio tertiæ partis peccatorum.

## IN DECEMBRI.

*Dominica prima Adventus.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria, item 28,000 ann. et totidem Quadragenarum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

*Dominica 2 Adventus.* Statio ad S. Crucem in Jerusalem, et indulgentia plenaria et 200 annorum.

*Dominica 3 Adventus.* Statio ad S. Petrum, et indulgentia plenaria, et 28,000 annor.

*Feria 4 Quatuor Temporum Adventus.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria, item 28,000 annorum, totidem Quadragenarum, et remissio tertiæ partis peccatorum.

*Feria 6 Quatuor Temporum Adventus.* Statio ad SS. duodecim Apostolos, et indulgentia plenaria et 10,000. annor.

*Sabbato Quatuor Temporum Adventus.* Statio ad S. Petrum, indulgentia plenaria 28,000 ann.

*Dominica 4 Adventus.* Statio ad SS. duodecim Apostolos, et indulgentia plenaria.

*In Vigilia Nativitatis Domini.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria, item 28,000 annor. et totidem Quadragenarum.

*In Nativitate Domini ad primam missam in nocte.* Statio ad S. Mariam Majorem ad Præsepe, et indulgentia plenaria, item 20,000 annorum, totidem Quadragenarum.

*Ad 2 missam in Aurora.* Statio ad S. Anastasiam, et indulgentia plenaria, item 28,000 annor., item Quadragenarum.

*Ad 3 missam in die Nativitatis Domini.* Statio ad S. Mariam Majorem et indulgentia plenaria.

*In festo S. Stephani Protomartyris.* Statio ad S. Stephanum in Caelio Monte, et indulgentia plenaria, item 8,000 annorum, et totidem Quadragenarum.

*In festo S. Joannis apost. et evangelistæ.* Statio ad S. Mariam Majorem, et indulgentia plenaria, item 50,000 annorum, et liberatio animæ e purgatorio.

*In festo SS. Innocentium.* Statio ad S. Paulum et indulgentia plenaria, item 15,000 annor. et totidem Quadragenarum.

Has indulgentias merito suspectas habet P. Minderer in tract. de indulg. p. 2, confer. 4, qu. 8, n. 211, et seqq. cum sæpe præter

(95) Summarium isthoc indulgentiarum stationum exscriptum per cl. nostrum auctorem ex libro regule tertii Ordinis S. Francisci, copiosiores atque profusiores indulgentiarum elargitiones venditans, ultra quam veneranda novit antiquitas, aut ecclesiastica disciplinæ ratio patiatur, merito suspectum visum fuit non ignobili theologo; ut videre est sub finem num. 17 ejusdem art. Hinc non sine magna ratione factum est, ut hic Neapoli, cum primum gratiosum diploma bullæ S. Cruciatæ ad nos perlatum fuit, ubi præter cætera indulgentiæ stationum recipientibus prædictam bullam conceduntur, licet primis annis hoc idem summarium hinc excerptum ecclesiis affixum legeretur, postea re maturius perpensa repudiatum fuerit ac rejectum. Qua de re ut certius aliquid, ac vetustiori disciplinæ, atque ecclesiæ moderationi conformius hoc in genere haberetur, ad sacram indulgentiarum congregationem recursus fuit, unde prodiit responsum pontificio etiam confirmatum oraculo, in quo et dies stationum, atque indulgentiæ singulis affixæ accurate atque ordine recensentur. Atque inde summarium confectum est, quod et commissarii nostri eminentissimi auctoritate recognitum, atque Christi fidelibus hujusce nostri regni incolis propositum, singulis propemodum ecclesiis affixum visitur, longe diversissimum ab eo, quod auctor noscer hic nobis exhibet tot millenorum annorum indulgentiis refertum; uti utrumque conferenti cuiquam perspicere facile est.

Hiscæ porro articulis, ubi de indulgentiis agitur, nihil præterea adjiciendum censemus; etenim præter quod hoc argumenti genus fusius discussimus in nostra Dissert. Histor. dogmat. moral. in bullam S. Cruciatæ huic Neapolitano regno concessam part. III, § 4, 2 et 3: quapropter si vacet et libeat appendices hisce articulis de indulgentiis in prioribus editionibus attestatæ supplere videntur quidquid ultra desiderari hic posset, sive ad auctoris nostri dicta illustranda, sive ad internoscendum qualis sit ecclesiæ spiritus, mens, animus atque votum in iisdem indulgentiis elargiendis.

Præterea in laud. nostra Dissert. § 4, egimus etiam, ac pro modulo disseruimus de stationibus, earumque origine ac vetustate, earum discrimen cum nostris recentioribus stationibus diligenter investigavimus; ubi cum eruditissimis viris Mabilonio, Morino, Graveson, Papebrochio, Van Espenio communem scholasticorum sententiam rejiciendam

plenarias tot millia annorum addantur, quod est contra rationem indulgentiæ plenariæ, et contra disciplinam Ecclesiæ in concedendis indulgentiis. Præterquam quod similes multorum millium annorum concessionis inter apocryphas reponit Benedictus XIV, ut supra demonstratum est art. 1, n. 14.

(18) Indulgentiæ stationum nequeunt applicari defunctis, nisi ab habentibus bullam Cruciatæ. Item nisi indulgentiæ stationum expresse sint concessæ pro defunctis, ut est liberatio animæ e purgatorio. Gobat., tract. 1, de Indulgent. p. II, c. 8, n. 134; Kazenberger, l. c., n. 82, et alii.

(19) Indulgentiæ autem stationum sunt eæ quæ conceduntur visitantibus certas quasdam Rom. stationes, id est Rom. ecclesiis, quæ sint instar stationum, seu præsidiorum, excubiarumque spiritualium ut declarat partim Emmanuel Rodriq. quæst. 86, art. 1, partim cardinalis Toletus lib. VI, cap. 28, ubi sic loquitur: « Ut intelligas Stationum originem (93), advertite ex Tertulliano cap. 29 Apol. ex tempore persecutio-

vicimus, quia diu creditum fuerat per D. Gregorium M. indulgentias primitus stationibus fuisse annexas. Consultantur ibid. dicta.

At quoniam sub laud. num. 19, apud cl. nostrum auctorem auctoritate producta ex cardinali Tolet commemorantur, eæ quæ factita fuisse creduntur perdurantibus stationum temporibus, operæ pretium ducimus ea diligentius perscrutari atque accuratius recensere, ut rectam illarum notitiam assequi inde possit studiosus lector, atque diligens quivis antiquitatum inquisitor, atque investigator.

Diebus itaque stationum, quæ quarta et sexta feria per singulas hebdomadas habebantur, Christi fideles prioribus illis atque beatissimis Ecclesiæ sæculis summo mane conveniebant in ecclesiis, ibique ad horam usque nonam morabantur, et precibus et rerum divinarum contemplationibus vacabant, corporaque jejuniis, adgeniculationibus, lacrymis aliisque poenitentiae laboribus exercebant; denique hora nona, sacris peractis, atque Eucharistia recepta, stationem solvebant, ac domum revertebantur.

Ac primo stationes habitas fuisse quarta et sexta feria extra omnem dubitationis aleam futurum apud omnes merito arbitramur, cum id omnes antiqui scriptores testentur. Hinc Tertullianus: « Cur stationibus quartam, et sextam Sabbati dicamus. » Et Epiphanius in Compendio Doctrin. Christian.: « Quarta vero, et pro Sabbato jejunium statutum usque ad nonam. »

Deinde summo mane hisce stationum diebus ad ecclesias perrexisse fideles diximus; fideles enim ab ecclesiæ incunabulis solemne habuisse, ut ad ecclesiam summo mane convenirent, uti apertissime colligitur ex epistola Plinii ad Trajanum, qui locutus de hujusmodi Christianorum conventibus, eos vocat *antelucanos*. Hinc etiam Tertullianus: « Si statio facienda sit, maritus de die ad balneas condicat. » Ethnicos enim summo mane consuevisse sese lavare, et balneis uti, ex eodem Tertulliano in Apolog., cap. 42, constat. Quo eodem tempore et statio facienda erat.

Stationes porro productas fuisse ad horam usque nonam compertum est præsertim ex Epiphanio, cum ait: « Cæterum pro synaxibus, quæ quarta et pro Sabbato ad horam nonam fiunt in die Dominico matutinis horis synaxes fiunt. »

In iis etiam stationum diebus jejunia religiosissime servata fuisse, explorata quoque res est. Hinc apud D. Ambrosium Serm. 36, stationes vocantur jejunia.



nis solere Christianos noctu convenire in basilicas martyrum, tum ad laudes Dei, tum ad negotia circa religionem tractanda, tum ad corrigendos fratres qui non bene ambulabant. Postea persecutione cessante fideles remittebantur, et negligentes erant in stationibus continuandis. Propterea Gregorius Magnus ad attrahendas animas fidelium, ut vacarent divinis laudibus adjunxit magnas indulgentias visitantibus loca seu stationes: nam nomen stationis significat locum in quo frequenter conveniri solet ad negotia tractanda. Ita Toletus, ex quo sicut etiam ex Rodriguez colliges auctorem stationum fuisse S. Gregorium Magnum, ut ex ipsis referunt etiam Gobat tract. 4, p. II, de Indulgent. c. 8, n. 337; Kazenberger, l. c., n. 79 et alii.

(20. Afferuntur varia decreta novissime emanata, et in bullario Clementis XI relata, in quibus multa de indulgentiis statuuntur et declarantur, et aliqua ut falsa et apocrypha prohibentur et interdicuntur.

## DECRETUM

*De indulgentiis, quas gestantes scapulare conceptionis B. V. Immaculatae, et cincturati S. Augustini, et S. Monicæ consequi possunt.*

(21. Præcipuas inter curas, quibus sacra Congregatio indulgentiis et sacris reliquiis præposita sedulo incumbit, ea est, ut indulgentias, quæ multis interdum temere evulgantur, mature expendat, et quas aut revocatas aut falsas aut apocryphas esse deprehenderit, ne fideles illarum assequendarum spe decipiantur, palam detegat atque prohibeat.

Cum itaque sacra Congregationi delatum fuerit, in libello quodam Veronæ impresso anno 1711, cui titulus est: « Breve notizia del santo Abitino, che si dispensa da' Padri Teatini ad onore dell'Immacolata concezione di Maria Vergine, in virtù d'un breve apostolico di Clemente X, confermato con altro del regnante sommo Pontefice in data delli 12 Maggio 1710. Con le indulgenze proprie, e dell' aggregazione alla loro religione, » etc. Plurimas indulgentias falso contineri, veluti a summis Pontificibus concessas aut quoquomodo comunicatas,

« Quod stantes, et commorantes in eis inimicos insidiantes repellamus. » Ad hunc quoque modum loquuntur nonnulli alii Patrum. Hinc etiam Tertullianus loquens de jejuniis quæ a catholicis servabantur diebus stationum, vocat illa *semijejuna*, propterea quod a catholicis hora nona solvebantur simul cum stationibus, cum tamen Montanistæ ad quorum partes defecerat Tertullianus, ad vespertas usque producenda et docerent, et suo exemplo insinuant.

De geniculis quoque adorare et in genua provolutos in more positum apud fideles hisce stationum diebus. Hæc enim semper conjuncta fuere; isque habitus corporis servabatur in precationibus diebus tristitiæ, mœroris et luctus, cujusmodi erant dies stationum. Et licet vox *statio* a *stando* derivetur; stare tamen non semper in pedes stare significat, sed quandoque solum commorari, ut hic in re nostra contingit.

Orationibus etiam vacatum fuisse hisce stationum diebus, psalmosque et hymnos decantari solitos cer-

gestantibus scapulare parvum cærulei coloris, quod vocat conceptionis beatissimæ Virginis Immaculatae: ideo re mature perpensa die 22 Februarii 1712, declaravit nullas alias indulgentias pro gestatione prædicti scapularis acquiri, nisi illas, quas sanctissimus dominus noster litteris in forma brevis desuper editis die 12 Maii anno 1710 clementer concessit his verbis: « Omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, quibus scapularia benedicta hujusmodi, ut præfertur, in posterum distribuuntur, die quo illa primum susceperint, si vere pœnitentes et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, plenariam; nec non eisdem cujuslibet eorum mortis articulo, si etiam vere pœnitentes et confessi; ac sac. communionem refecti, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, itidem plenariam; Ac ipsis pariter vere pœnitentibus et confessis ac eadem sacra communionem refectis, qui aliquam ex ecclesiis dictæ congregationis, vel capellam, sive oratorium die festo ejusdem Conceptionis B. M. V. immaculatae a primis vespertis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum, etc., preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper prædictis Christi fidelibus, etiam vere pœnitentibus et confessis, ac sac. communionem refectis, ecclesiam, vel capellam, seu oratorium hujusmodi in aliis ejusdem B. M. V. festis diebus, ut præfertur, visitantibus, et ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. » etc.

Cumque pariter sacra Congregationi innotuerit in alio libello Bononiæ impresso anno 1707, qui inscribitur: « Sacro diario delle grazie, e indulgenze concesse alla Compagnia della Cintura detta di S. Agostino, e di S. Monica, ec. » multas pro cincturatis referri indulgentias, quarum aliquae aut revocatae,

tam fidem faciunt ex eodem Tertulliano variae productæ auctoritates.

Denique hora nona adventante Eucharistia recepta, et immortalis poculo exhausto stationes dirimebantur; non ita tamen ut statim Eucharistia recepta ab ecclesiis discederetur, sed ibi aliquantisper constitisse, et orasse fideles ex eodem Tertulliano eruitur, stando potius quam humi procumbendo. Etenim eucharistia accepta non licebat ex eorum institutis, atque ex veteri disciplina, de geniculis orare. A die resurrectionis Dominicæ ad Pentecosten usque a stationibus vacatum fuisse, ut etiam a vigiliis, et jejuniis ex Epiphania constat, quemadmodum si in diem natalis Domini statio incidisset, differebatur in alium diem. Hæc porro, quæ cursim præstrinximus, ut antiquiorum stationum mores, et servatos a primis Christi fidelibus ritus studiosis lectoribus exhiberemus, fusiis et elegantius pertractantur ab eruditissimo Alhaspinæo *Observation. lib. I, Observat. 16. Adesis eundem.*

aut falsæ omnino sunt; Ideo sacra eadem Congregatio prædicta die 22 Februarii 1712 similiter declaravit, cincturatos nullas alias Indulgentias pro gestatione cincturæ lucrari posse, nisi illas quæ expresse continentur in Brevi a san. mem. Clemente X desuper edito, quod incipit: *Ex injuncto Nobis cælitus*, dato die 27 Martii 1675.

Et, ut omnis in posterum erroris ac deceptionis occasio auferatur, districte prohibuit ne aliæ indulgentiæ voce aut scripto publicentur pro gestatione supra memorati parvi scapularis, aut prædictæ cincturæ, præter eas quæ in supradictis Brevibus sanctissimi D. N. Clementis XI et san. mem. Clementis X respective continentur. Ac insuper recensitos libellos, alterum Veronæ, alterum Bononiæ impressum proscibendos censuit sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Quibus per me secretarium Sanctissimo domino nostro relatis, Sanctitas Sua sententiam sacr. Congregat. approbavit, et in omnibus servari jussit.

Datum die 24 Februarii 1712.

F. THOMAS MARIA CARD. S. CLEMENTIS.  
*Raphael Cosmus de Hieronymis, Secr.*

## DECRETUM

*Quo tria summaria assertarum indulgentiarum Confraternitatibus S. Rochi concessarum proscibuntur, easdemque confraternitates non aliis indulgentiis gaudere posse declaratur, nisi illis quæ a san. mem. Paulo V in Brevis dato 3 Nov. 1606 concessæ reperiuntur.*

(22. Cum tria nuper indulgentiarum summaria sac. Congreg. indulgentiis sacrisque reliquiis præpositæ delata fuerint, in quibus quamplurimæ indulgentiæ, aut falsæ, aut apocryphæ, aut a nonnullis Romanis pontificibus, signanter vero a fel. record. Paulo V, Brevis dato 3 Novembris anni 1606, expresse revocatae continentur, et, quod longe deterius est, multæ etiam facultates, et concessiones, et nonnulla itidem privilegia, aut pariter revocata, aut omnino ficta, non sine magno fidelium scandalo, et animarum periculo temere evulgantur, sacra eadem Congregatio, quæ fideli ac prudenti cœlestis indulgentiarum thesauri dispensationi præest, die 12 mensis Martii labentis anni, re mature perpensa, declaravit confraternitates S. Rochi, in quibusvis locis existentes, et archi-confraternitati de Urbe aggregatas, nullis aliis indulgentiis, concessionibus et privilegiis uti et frui posse, nisi illis quæ in supradicto Brevis san. mem. Pauli V continentur, et quæ in aggregationibus ab eadem archi-confraternitate expediri solitis de verbo ad verbum referuntur. Prædicta autem summaria quorum unum ita inscribitur: « Sommario delle indulgenze concesse da' sommi pontefici alla venerabile compagnia di S. Rocco d'Ancona aggregata, etc. In Ancona nella Stamperia Camerale 1661. » Alterum vero: « Sommario del celeste Tesoro dell'Indulgenze, doni, grazie, facoltà, e privilegi concessi per molti

Romani pontefici, ed ultimamente confermati, ed ampliati dalla Santità di nostro signore Gregorio per la divina provvidenza papa XIV, alla ven. compagnia, ed ospedale di San Rocco di Roma, da potersi concedere dalli commissari deputati a questo sant'offizio della pubblicazione di tante divine grazie a ciaschedun fedel Cristiano che vorrà entrare nella sacra confraternità di S. Rocco di Roma. » *In Roma appresso Paolo Blando Stampatore Camerale 1561.* Tertium denique: « Sommario del celeste tesoro dell'indulgenze, doni, grazie, facoltà, e privilegi concessi ec. a ciaschedun fedel cristiano che vorrà entrare nella santa confraternità di S. Rocco di Roma, e communicate alla confraternità del medesimo S. Rocco e Sebastiano nella chiesa della B. V. Maria di Loreto nella città di Roveredo. » *In Roma ed in Roveredo per Giuseppe Antonio Gojo 1712;* sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis proscibenda esse censuit, atque insuper districte prohibuit ne aliæ indulgentiæ, concessiones, aut privilegia pro supradictis confraternitatibus S. Rochi voce, aut scripto evulgentur, nisi ea quæ in sæpe memorato Brevis Pauli V concessa reperiuntur. Quam sacra Congregationis sententiam per me secretarium sanctissimo domino nostro relatum Sanctitas Sua approbavit, et executioni mandari jussit.

Datum die 14 Martii 1714.

L. CARD. PICUS PRÆFECTUS.

*Raphael Cosmus de Hieronymis, Secr.*

## DECRETUM

*Quo bina summaria indulgentiarum ut apocrypha proscibuntur eorumque usus interdicuntur.*

(23. Sacra Congregatio indulgentiis sacrisque reliquiis præposita die 17 mensis Julii anni 1714, mature perpensis duobus indulgentiarum summaris quorum unum ita inscribitur: « Sommario dell' indulgenze, grazie, e doni concesse da molti Romani pontefici, e nuovamente confermate dalla Santità di nostro signore papa Clemente XI alla venerabile chiesa e Ospitale di S. Maria di Monferrato di Catalogna, ed alli confratri e consorore d'essa Madre Vergine. » *In Palermo presso Francesco Cichie 1714.* Alterum vero: « Sommario dell' indulgenze concesse da diversi Romani pontefici, ed ultimamente ampliate, e confermate da nostro signore Clemente XI alli fratelli e sorelle del sacro reale e Militare Ordine, così dell'osservanza, come delli Scalzi di Nostra Signora della Mercè, opera della Redenzione de Schiavi Cristiani fra gl'infedeli. » *In Roma nella Stamperia della reverenda Camera apostolica. In Messina nella Stamperia detta di amico, ed in Palermo per Felice Marino 1710.* Dictorum summariorum usum interdixit, illaque prohibenda esse censuit sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis. Quibus sanctissimo domino nostro die 18 ejusdem mensis Julii per me secretarium relatis, Sanctitas Sua sententiam sacræ